



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

28. Dies Septembris. Nihil est, exceptâ virtute, quod mortali manu, ac animo immortali, quæri possit. Valerus Maximus lib. 5. cap. 6.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

768 Christiani Militis Septemb.

Quid plura? Eligenda est potius Honestas periculosa , quam Utilitas tuta. Sed præter Honestatem, nec securitas , nec utilitas est , non dico tuta; sed ultra. Sola Virtus est potens prodesse : quidquid juvat , per illam juvat. Itaque omnis favor , omnem molumentum Virtus est , aut Virtutem respicit: sive à Virtute sit , sive per ipsam. Alium si tuis opibus juves , perdes , quibus juves: Virtus cùm juvat , jumentur , crescit subsidio. Hæc tanta bona , cùm Virtus suo contineat complexu , cur eam tuo non dignari affectu? Cur non desideras , quod tuum potest implere desiderium ? Virtus non est noxia , quia nemini nocet , non est egens , quia quemlibet dirat. Aedes ergo innoxie ditari ? Ita promptu est modus , quem indicat hic versus.

Hic bene se ditat , qui semper noxia vitat.

28. DIES SEPTEMBRIS.

Nihil est , exceptâ virtute , quod mortali manu , ac animo immortali , quæri possit. *Valerius Maximus lib.5.cap.6.*

Virtus la- I.
bore ac-
quiritur.

Quid te casso labore multi
quærere conquereris? Quid
quid hic quærit , vel mortale
corpus , vel immortalis ani-
mus , sola Virtute excepta , non est dignum quæsiri ,
indignissimum obtentu. Itaque , ut canis venaticus
sagacissimè odoratur , & investigat prædam : sic
animus immortalis in hac vita mortali , nihil non
agat , ut Virtutes acquirat , acquisitas augeat. Est
enim proprium Virtutis , non quid actum , sed quid
agendum sit ; nec quid absit libi , sed quid defit ,
atten-

Septemb.

Tessera.

769

attendere : unde non tam de quæsito gloriatur , vel
de acquisito sibi gratulatur , quam de quærendo est
solicita : Dicerem certè avarum , aut certè Avari-
tæ similem esse Virtutem . Jugiter sitit , quotidie
inardescit , quod plus quæsierit , eò sibi pauperior vi-
detur , & plus appetit . Et quia ardet supra modum
pollere Virtute , nullus ei desiderii est modus . Itaque
semper anhelans , semper altius aspirans , dum se
comparat , parvipendit . Nunquam dicit consum-
matum est . Scit hoc tempus esse militiæ , non trium-
phi , atque ideo nunquam torpet , semper est in actu ,
nunquam feriatur , perpetuo operatur . Semper
quasi nunc incipiens accingitur . Qui omnia per-
fecisse , seqü undique consummasset credit ; crede
mihi non est Virtus , error est Virtuti obvius , atque
adversus .

II. Quisquis ad summam se pervenisse credit , in
hoc primum fallitur ; quod ubi credit esse , non est .
Deinde quod illic quærente via aberrando de-
serit , dumque , quod non habet , anticipat , quod
habere potuisset , sponte sua neglit . Nihil tam
adversum profectui , quam opinio perfectionis .
Nemo studet agere , quod se putat peregisse : si
omnem vitam ante oculos ponas , perque dies sin-
gulos actuum , verborum , ac cogitationum ratio-
nem à te ipso exigas , incorruptus arbiter rerum tua-
rum , videbis quantum vacui in animo sit , quantum
vitia occupant , sed ut Virtus totum pectus occupet ,
necessè est totius animi accedat contentio , & co-
natus , & ardor . Nos mala nostra avidissimè cupi-
mus , bona verò remississimè ; unde fit ut divites
multi sint , boni autem paucissimi . Nam quid

Pars III.

Ccc

miri ,

770 Christiani Miltis Septemb
riti, si citius ad votum ardens intentio, & fervent
contentio, quam voluntas lenta perveniat? quod si
minima rerum non habentur gratis, si opus est la-
bore, ut sis malus, si etiam vitia quibus peris, exigui
studium mentis, quid de virtute speres, quia nihil in
rebus humanis est humanius, nihil inter alia excel-
sius, nihil inter bona melius? Non tu illam, quasi di-
verticulum curatum, sed ut rectum, atque unicum
iter ad felicitatem cogita.

III. Vaca illi, & insiste summo nisu, totoque ani-
mi pondere, cum sit res summi ponderis, nullum
quo illi non studeas, effluat momentum, quia est
maximi momenti: omne studium impende, neque
totum super impende, quod rebus vilissimis (a) la-
impendisti; illudque in memoriam revoca, sanum
magis quam comptum verbum M. Varonis (a) Si
quantum operae sumpsi, ut tuus pector bonum facere
panem, ejus Philosophia vel duodecimum dedisses, tem-
pore bonus iam pridem fuisses. Quod velim intelligas
non de Philosophia illa profana, quae terrrena sape-
re, sed de coelesti illâ quae ea quae sursum sunt, qua-
rere docet. Sed perniciosus est hic hominum er-
ror, quod se bonos autument, si non sint mali, exil-
mentque virtutem esse, carere vitiis. Virtus lau-
est, solum sine vitiis esse. Eò res venit, eò contractus
est pudor, ut minor malitia pro Virtute sit. O augu-
stam! ô malignam, & ingloriam gloriam, solum
inter malignos non esse, & vituperabilem laudem
ejus, cui non alia sit, quam non esse vituperandum.
Sine malitia esse, nec est bonum esse. Aliud est esse
non malum, aliud esse probum. Non esse malum, vix
non

(a) Ex satyr.

Septemb.

Tessera.

771

non erit malum : fortasse & adhuc malum est ; vix, & dubio jure, vituperio liberabitur : nam posse bonum esse, & non esse , ob viciniam saltem malitiæ, jam non bonum est : Laus autem non est non mali, sed boni, & de bonis. Igitur non sufficit, nihil pœnitendum agere ; sed agere de quo sit gratulandum. Denique cognoscitur arbor ex fructibus, homo ex operibus. Illa autem ut sint bona, dependet ab intentione, in fructus ab arboris radice. Quia:

A radice mala, nascuntur pessima mala.

29. DIES SEPTEMBRIS.

Culpæ genus est , non fecisse quod summum est ?
Theodoricus.

Ut Virtu- I.
tes acqui-
tas, exem-
pla aliorū
aspicias.

UT sis in omni Virtute non tantum magnus , sed inter magistros summus, facile à te impetrabis , si juxta monitum Theodorici Regis, tibi ipse persuadeas , esse genus culpæ, non fecisse quod summum est. Ut hoc facias, multum conferet ad eos oculorum aciem convertere, qui in singulis , aut etiam in omnibus Virtutibus fuerunt summi : Qui vivunt in cœtu laudabili vita, moribusq; præstantium, magnum habent subsidium, ut & ipsi virtute sint præstantes, dum in virtutu quibus præcellunt, intuentur præstantiam. Versantur enim in spectarissimo theatro , admirabilium rerum pompa referto , unde cum spectaverunt, & illi virtute sunt spectabiles. Homero Ulysses videatur Sapiens, quod mores hominum mulierum vidit, & urbes. Et qualia quoque fuerunt ejus spectacula ?

Ccc 2

Cico-